



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ**

**Ribadeneyra, Pedro de**

**Coloniae, 1622**

Rogat corpore solui. 130

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44900**

addiceret, rogare: tum vero alii gratiam pro eius erga se meritis dicere; & labores, quos fructuosissimos illius alumni passim obirent: tum denique alii aliud vel- le. Videres peculiarem utique, ad res tam diuersas, vim adesse; & suppetiis illum diuinis niti, cum in affecto corpore, alacrior seipso fortiorque appareret.

Igitur defluere corpus viresque in dies ceptabant: cum vigor tamen animi, morbis adhuc omnibus imperare: neque senium ipse, quamuis senex accusare audiebatur. 130 Ad hæc, etsi longas vitæ molestias ita perferebat, ut, etiam diuturniores non abnueret; tamen ingenti desiderio ad cælestem patriam ferebatur, vbi cupito Numinis aspectu potiretur. Neque cogitare aliquando suum obitum potuit, quin exuberantes gaudio lacrimas fuditaret. *Quare an-*



re annis iam, & morborum laborumque ærumnis haustus, cum magnis identidem prælijs Ecclesia quateretur; DEVM cæpit multis lacrimis rogare, iuberet se statione excedere, & quietem demum aliquam capere; qua æstuãtiano animo, atq; in DEVM spectandum intento, fieri posset satis. 131 Haud irritum id votum esse, sed audiri se, facto iudicio sensit. Ac mox Leonoræ Mascarenia, nobili fæminæ, Philippi quondem Regis nutrici scribens, supremum saluere eam iussit; quippe, (quod ipsa mihi post narrauit,) extremas eas literas fore: ceterum, quæ preces in terra porro omitterentur, eas in cælo vberiores pro illa facturũ. 132 In vltima dein egritudine, etsi nihil præter ceterorum dierum consuetudinem dolebat, ipse tamen diem imminere sensit, quẽ sum-